


Fl. 270

A) Remchingen Jr.

Tab A 2) - 44)

nicht vorfindbar
nach RK



ΣΥΝΤΩΘΕΩ
THESES DISPUTATIONIS. I.

DE IVRIS PRV-
DENTIAE PRINCI-
PIO ET ORIGINE:

Ex

INSTITUTIONIBVS D:
IVSTINIANI IMPER. ET CON-
CORDANTIBVS IVRISCIVILIS
& Canonici Titulis: Ex recessibus Imper. Ordi-
nat Cam: Imp. ex constitutione Caroli:
na iudicii crimin. desumptas:

PERMISSV ET CONSENSV
Amplissimi Ictorum collegij in alma Academia
Salana IENENSI,
Præsidè

ARNOLDO DE REYGER,
præceptore, exercitationis gratiâ, pro viribus
defendere studebit

Nobiliss:

LEVINVS A SCHVLENBVRGK,
VV. Q. C. V. M. L. F.

Ad 27. diem M. Octob. hora 12. pomeridiana, Anno 91.
Philon.

Ἀμήχανον τὰ μεγάλα πρὸ τῶν μικρῶν παιδᾶσθῆναι,
Id est, Non potest fieri ut magna discantur ante parva.

IENAE Typis Tobiaë Steinmanni.

Nobilissimo Vno Ludolpho ab Alvensleben
affini suo honorando, obsecrans
ut ego mittat has theses Responsa



NON SVNT CONTEMNENDA

QVASI PARVA, SINE QVIBUS
ad maiora pervenire non possumus.



*Il sine principio magnum, nisi Maximus unus,
Exiguus constant grandia principijs.*

*Sic tener exili nutritur lacte puellus,
Qui nondum firmo corpore robur habet.
Serpit humi, donec iuvenili robore prestans
Prævalidâ torquet grandia tela manu:*

Sic animos iuvenum formandis artibus aptos,

Arte velut primo lacte fovere decet.

Maturis donec paulatim viribus aucti,

Iam figant gressu liberiore pedem.

Pasibus & veluti spaciola volumina plenis

Ingressi, pergant quâ iuvat absq. duce.

Zoile quid rides, si forsan magna professi,

Hoc tenerum Iuris lac prius ingerimus?

In tenui labor at tenuis non gloria. Magna

Subsistent primis non sine principijs.

IACOBVS STINTIVS, Hamburgensis,
illustrissimorum iuniorum Ducum
Brun, & Lunæburgensium
Præceptor F.

*Oportet eum principia artis (intell. Institutiones iuris) pri-
mum probè tenere, qui artem ipsam (id est, iurisprudentiam,
sive ius) perfectè cognoscere gestit, Iason in l. i. ff. de iust. & iur.*

Iason.

*In cognitione terminorum & fundamentorum con-
sistit tota doctrina iuris.*

DISPUTATIO I. EX INSTI-
TUT. ET CORRESPONDEN-
tibus titul. desumpta.

PROOEMIUM CONTI-
nens descriptionem Institutionum Iuris.



IURIS INSTITUTIONES seu Instituta (utroq;
e. modo à Iustiniano, licet Laur. Valla recla-
met, vocantur) sunt nihil aliud, quàm me-
diocris ISAGOGE in eorum gratiam, qui re-
center Leges attingunt, nec maiorem do-
ctrinam portare possunt, factæ, ut sint toti-
us legitimæ scientiæ, hoc est, Iurisprudentiæ prima ELEM-
ENTA, in quibus breviter expositum est, & quod antea
obtinebat, & quod postea inumbratum, imperiali reme-
dio illuminatum est *a*.

a Ita Iust. eas describit in §. Igitur post libros, 4. in pro-
em. Inst. & §. sed cum prospeximus 11. in ult. Iust. Const. ff.
præfixâ.

ARGUMENTUM DISPUT.

Iustinianus de IURISPRUDENTIA, aut verâ & non
simulata Philosophia *b*, id est, IURE tractationem in-
stituens, rectè eam à principio & origine, quæ cuiusq; rei
pars potissima est *c*, & ipsa Iuris causa & fonte *d*, quæ I-
USTITIA est, orditur: Et sic etiam nos, Deo annuente, ad ex-
emplum optimi Imp. Iustiniani, nostram hanc disputatio-
nem, ab ipsa causa, iurisq; principio inchoabimus & insti-
tuemus.

b L. 1. §. 1. in fin. ff. de Iust. & Iur.

c l. 2. de orig. Iur.

d d. l. 1. h. 11. n.

A B

DE IUSTI

DE IUSTITIA ET IURE,

TIT. I.

THESIS PRIMA.



IURI OPERAM DATVRVM ante omnia nosse oportet, unde nomen Iuris descendat. Est autem à IUSTITIA appellatum e.

e d. l. 1. in pr. h. t. fac. pr. tit. Inst. Iur. Can. Lancel. & propterea hic titulus de Iustitia & Iure inscribitur, & non contra, de Iure & Iustitia, quia Ius à Iustitia appellatum est, non quidem secundum ordinem Grammaticorum, quo composita vocabula à simplicibus descendunt, sed secundum ordinem naturæ, quo omnis ars sive scientia posterior est eo quod docetur, & naturæ ordinem Iureconsulti perpetuo in deducendis verborum originibus sequuntur, quemadmodum hæc præclare explicat honorandus dominus præceptor Iohannes Borcholten, ICtus celeberrimus, in comment. suis ad Inst. h. t. in pr.

II.

IUSTITIA autem est constans & perpetua voluntas, Ius suum cuiq; tribuendi f.

f. Text in pr. tt. Inst. de Iust. & Iur. l. 10. Iustitia, ff. eod.

III.

IUS verò ipsum est ars boni & æqui, iustum ab iniusto discernens: Eodemq; sensu IURISPRVDENTIA appellatur. g.

g. d. l. 1. in fin. pr. VVes. in addit. ad Schneid. in defin. Iur. vide D. Herm. vult. ICtum præstantiss. in sua Iurisprudentia. Rom. lib. 1. c. 1. in pr.

IV.

Quæ Vlp: auctore, rerum divinarum atq; humanarum, Iusti atq; iniusti scientia definitur h.

h. in d. l. 10. §. 2. ff. h. §. 1. I. eod.

V.

Ea primò levi ac simplici via: post diligentissima atq; exactissima interpretatione est tradenda i.

i. §. 2. his igitur l. h. tit.

Iuris

VI.

Iuris præcepta sunt hæc: Honestè vivere, Alterum non læ-
dere, Suum cuiq; tribuere k.

k §. 3. l. d. tt. adiuncta d. l. 10. §. 1. ff. h.

VII.

Huius studii, id est, Iuris, duæ sunt positiones, hoc est,
partes sive species l, publicum & privatum m.

l Species positiones vocat Imp. sumpta loquendi figura à Stoicis, qui spe-
cies vocant τὸς, Borch. h.

m §. huius studij l. eod. d. l. 1. §. huius studij.

VIII.

Publicum ius est, quod ad statum rei Romanæ spectat, hoc
est, quod in Sacerdotibus, sacris, & magistratibus consistit n.

Privatum ad singulorum utilitatem pertinet, generaliter
scilicet o.

n Can. 11. Ius publ. dist. 1.
o dd. Iurib.

IX.

Porro ius privatum tripliciter dividitur, habito ad hominis
naturam & vitam respectu. in naturale, gentium, & civile p.

p d. §. huius studii, vers. dicendum est igitur l. h. tt. Rub. tt. 2. l.
Can. 6. Ius a. dist. 1. vid. Borch. ad §. fin. l. eod.

DE IVRE NATURA-
li, gentium & civili, Tit. II.

X.

Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. q.

q pr. tt. l. de Iur. nat. Gent. & civ. l. 1. §. Ius. naturale. ff. de Iust. &
Iur. Can. 7. Ius naturale, dist. 1.

XI.

Ex hoc iure descendit maris & fæminæ coniunctio, quam
Nos matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio,
eorumq; educatio r.

r §. 1. Ius a. civile, vers. quod verò naturalis ratio, etc. l. h. d. l. 1. §.
fin. d. tt.

XII.

Ius gentium est, quo gentes humane utuntur, quod à naturali

iure recedere facile intelligere licet; quia omnibus illud animalibus; hoc solis hominibus inter se commune sit *f.*

f. §. 1. ius a. civile, vers. quod verò naturalis ratio, & c. l. h. d. l. 1. §. fin. d. t.

XIII.

Veluti erga Deum religio; ut parentibus & patriæ pareamus *t.*

t. l. 2. ff. de iust. & iure.

XIV.

Hoc Iure evenit, ut vim atq; iniuriam propulsemus, & quod quisq; ob tutelam sui corporis fecerit, id Iure fecisse existetur *u.*

u. l. 3. ut vim, ff. h. t. l. 3. C. ad leg. Cor. de sicar.

XV.

Vnde rectè D D. tradunt defensionem esse omni Iure licitam, & à Principe tolli non posse *x.*

x. l. scientiam 45. §. qui cum aliter 4. ff. ad Leg. Aquil. arg. §. sed naturalia, l. h. t. fac. l. cas. 8. ff. de cap. dimin. l. 2. & 3. ff. de usufructu eorum rerum quæ usu consumuntur, c. significasti, 18. in fin. c. de homicid. vide Cuiaci. lib. 5. obs. c. 18.

XVI.

Non tantùm potest quis seipsum adversus vim tueri etiam cum nece adversarii *y*, sed etiam Iure licet tertium aliquem, cui impetus fit, defendere *z.*

y. d. l. 3. h. t. l. 4. l. 5. in pr. d. l. scientiam, §. qui cum aliter, l. si ex plagis 52. §. 1. ad Leg. Aquil.

z. l. 8. §. fin. ff. quod metus causa, l. 5. §. item Divus, ff. de sic. c. dilecto, tt. de sent. excomm. in 6. Bart. n. 7. & 8. Dec. n. 32. in d. l. ut vim, quos allegat & sequitur D. Hinr. Bocer. lib. 2. c. 9. de Iure pugn. vide Const. Carol. art. 142. vers. So einer/etc.

XVII.

Non debet tamen propulsans vim *E* *T* iniuriam, moderationem inculpatæ tutelæ excedere, quod si excesserit punietur *A.* Attamen non pœna homicidii, vel vulneris ordinaria, sed alia pœna pro arbitrio Iudicis *B.*

A. Dec. in d. l. ut vim, n. 28. & Cons. 482. n. 14.

B. Menoch. de arb. Iud. quest. cas. 278. Tiraq. in tract. de pen. tem. in caus. 1.

Sed

XVIII.

Sed sciendum, moderationem illam inculpatae tutelae, necessariam non esse, ubi quis provocatur, vel à publico latrone, vel à fure nocturno, depopulatore agrorum, vel militiae desertore C, vel à proditore patriae D, vel à Bannito sive proscripto ob delictum aliquod E.

C l. 1. & 2. C. quand. lic. sine iud. se vind.

D l. 35. de religios. & sumpt. fun.

E Ordin. Cam. Imp. par. 2. tt. 9. §. 1. ibid. Sollen des oder derselben Leib und Gut allermenniglich erleubt sein: Und niemand dran freuelen oder handeln können oder mögen.

XIX.

Nunc oritur quaestio difficilis, dubia & periculosa: Vtrum si insultatus vel provocatus effugere possit, insultantem impunè occidere liceat? Et licere si in dubio vitae discrimine constitutus fuerit defendemus F.

F l. 2. C. ad Leg. Corn. de sicar. l. 1. C. quando licet unicuique sine iud. &c.

XX.

Adeo ut huiusmodi propulsatio non tantum à poena mortis, vel alia extraordinaria G, sed & Vasallos à feloniam excusat H.

G vid. d. Const. Carolinam, art. 139. cum seq. ubi definit. Was eine rechte Notwehr sey.

H Iul. Clar. in §. homicid. n. 24. & 32. Gomez. tom. 3. c. 3. de homicid. Gribal. in tractat. de omni genere homicid. legit. Curt. in tract. feud. par. 4. n. 36. circa fin. §. 3. & ult.

XXI.

Qui tamen nondum in dubio vitae discrimine constitutus est, ita ut fuga salutis suae rectè consulere possit, citra ullum periculum, is certè fugere sine distinctione, sive nobilis sit, sive ignobilis I, contra communem, tenetur, si omnino innoxius esse velit K.

I Quia legitima defensio iuris naturalis & iuris gentium est. At ius naturale & gentium cum omnibus hominibus, nobilibus & ignobilibus commune est, l. ius civile, §. 1. & l. 9. omnes populi, ff. de iust. & iur. §. 1. §. ius a. civile, & §. ius a. gentium l. h. tt. Neque huic nostrae sententiae quicquam obsta-

re verba constitutionis Carolinae Iudic. crimin. art. 140. ibi. Vnd der benödtige
fan füglich Ohne verletzung seiner Ehr vnd guten Leymuts
nicht entweichē. Item art. 142. ibi, Der Todtschleger wer dē benödtigen
wol füglich weis / vnd Ohn gefehrlicheit seiner Ehr
vnd gutē Leymuts halben entweichen etc. *disputationis exerciti-
um monstrabit.*

K §. Iniuria a. ibi, utiq; si aliter periculum effugere non potest, & ibi
Balduin I. de Leg. 1. Aquil.

XXII.

Quæritur an provocatus primum ictum expectare teneatur,
& non teneri eum ex constitutione Carolina respondemus L.

L Art. 140. Ist auch in seiner Gegenwehr bis er geschlagen
würdt / zu warten nicht schuldig. Myns. Resp. 27. n. 2. & seqq. VVes.
conf. 19. n. 15. & 16.

XXIII.

Etsi autem fama vitæ æquiparetur, & bona anima hominis
dicantur M: tamen in honoris vel rerum ablatarum defensione
per Leg. ut vim, alium occidere non licere, contra communem
Dd. opinionem defendere studebimus: nisi fortè ratione honoris
& bonorum in periculum vitæ adductus, se defendendo alium
occiderit N.

M l. in pecudum, in fin. ff. de usur. gl. & text. in l. advocati, verb. vitam
C. de advoc. divers. Iudic.

N l. 3. §. Eum igitur, ff. de vi & vi armat. l. 1. C. unde vi. vid. ord.
Cam. Imper. part. 2. tt. 9. in fin. Item des Reichs Abscheid zu Coln
Anno etc. 1512. Vnd zu Wormbs. Anno etc. 1521. Const.
Crim. Caroli. V. d. art. 140. vers. So jemand mit ein töthlichen
Waffen etc.

XXIV.

Cæterum ex hoc quoq; Iure gentium introducta sunt bella
& captivitates, servitutes, manumissiones secutæ: discretæ gen-
tes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi, ædi-
ficia collocata, & omnes penè contractus introducti sunt O.

O §. sed Ius quidem, l. h. tt. l. 5. ff. de Iust. & Iur.

Ius

XXV.

Ius civile est, quod quisque populus ipse sibi constituit, quodque omnibus & pluribus in quaque civitate utile est P.

P §. Ius a. civile l. h. t. l. omnes. 9. ff. h. t. Can. 8. Ius civile, dist. 1.

XXVI.

Iuris civilis propria velut nota est, quod neque in totum a naturali vel gentium iure recedit, neque per omnia ei servit: sed quandoque aliquid ei addit, quandoque aliquid detrahit: Itaque cum aliquid addimus vel detrahimus Iuri communi, Ius proprium, id est, civile efficitur Q.

Q l. Ius civile, 6. ff. d. t.

XXVII.

Et hoc ut tunc esse coepit, cum & civitates condi, & magistratus creari: & leges scribi coeperunt: Sic perpetuum non est, sed saepe mutari solet R, vel tacito consensu populi S, vel alia lege lata T.

R §. sed naturalia, l. h. tt.

S Ius civile mutabile esse testatur Q. Rhennius Fannius lib. de Pond. & mensuris: cuncta non foedere certo naturae, sed lege valent &c. adde quae narrat L. Valerius apud Livium 34. Aristot. 2. Pol. Plautus in Triumviro.

T Exemp. est de secando debitorum corpore ex l. 12. tab. Gellius lib. 10. c. 1.

C O R O L A R I A.

I.

Institutiones constitutionum Imperialium robur habere, & in causarum & controversiarum decisionibus instar aliarum legum citari & allegari debere affirmamus V.

V §. quas ex omnib. 6. in fin. in proem. Inst.

II.

Imperator duabus potissimum rebus instructus esse debet, armis & Legibus X.

X Pr. proem. Inst.

F I N I S.

In hoc est...
quod...
et...

...
...
...

COROLLARIA

...
...
...











B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Ω Θ Ε Ω
 SPVTATIO.
 I.
 ISPRV-
 PRINCIP-
 RIGINE:
 ONIBVS D:
 IMPER. ET CON-
 RISCIVILIS
 ecessibus Imper. Ord-
 nstitutione Caroli:
 n. desumptas:
 T CONSENSV
 llegij in almâ Academiâ
 ENSI,
 de
 DE REYGER,
 is gratiâ . pro viribus
 studebit
 ß:
 HVLENBURGK,
 . M. L. F.
 12. pomeridiana, Anno 91.
 on.
 τῶν μικρῶν παιδῶν ἄθῆναι,
 magna discantur ante parva.
 Tobiaë Steinmanni.

8

Nobilissimo Vno Ludolpho ab Alvensleben
affini suo honorando, obsecrans
vixit nihil has theses R. Steinmanni